



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Desertione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DIVO RTIIS.

me sese reconciliavit, denuoq; pristinum Con*tra*
iugum vinculum confirmavit.

Sed in eiusmodi causis, variant circum-
stantia plurimum, ut diximus, ideo sententiae
quoz; non possunt regulis certis comprehendendi.
Verum p*ro*p*ri* ac prudentes iudices, pro circumstan-
tiarum varietate, sententias ad leges accommo-
dant, nihilq; contra conscientiam pronunciant.

DE DESERTIONE.

Desertio maliciosa (mutwillig)
(Item heimlich weglauffen) accuratam
inquisitionem requirit, nempe:

Testes ex vicinis & honestis viris, qui af-
fuerare possint, deserorem nulla gravi causa
adductum, deseruisse coniugem. Item personam
desertam, recte & honeste sese gessisse.

Deserta persone solicitudinem, qua per se,
aut per cognatos, quantum omnino possibile fuit,
monuit desertorem, ut reueteretur, memor fu-
di coniugalis, sibi tam sancte promissa.

Citationem legitimam vel à Consistorio
vel Magistratu, vel pastore eius loci factam ac
O s i d e

DE CONIVG.

Si de loco constat, ubi dedit desertor, ad ipsum missam.

Probationem liquidam, quod ab eodem tempore, quo desertor absuit, non scripsit literas, non miserit subsidium vita, non petierit, ut deserta persona sese sequeretur.

Tempus instum expectationis, quod non eodem modo in iure ciuili determinatur, tamq; ob causam vel à Magistratibus definiti, vel à iudicibus iuxta circumstantias rerum, resoluti debet.

In iure ciuili.

Lex 2. C. de repudijs triennium absentia, sine consensu sponsa, constituit causam diuorij.

Lutherus & Pomeranus, post annis pacium faciunt potestatem deserta personae, suam causam referendi ad iudicium, ubi citatio atque iudicatio fieri queat. Eam sententiam & Brentius, Bullinger, Bucer alijs sequuntur.

Conditionem desertae personae, quid eius conscientia, quid vita ratio, Oeconomia, liberi teneri, ferre queant.

Hec

DIVORTIIS.

Hec aliaq, eiusmodi plura, in iudicio pluram
campionum, & sapientum virorum, indagan-
ti, ponderanda, & recte definienda sunt.

Satis igitur explorata malicia, & astorgia
desertoris, index innocentia personae subueniat, ve
(quia desertor factus fideifragus, oblitus est
vinculi coniugalis, & dilectionis debite) iuxta
iudicium Pauli. 1. Corin. 7. innocentem,
pronunciet solitam ac liberam a desertore, facta
potestate alteri nubendi legitime desertorem vero
damnet.

Magistratus autem politicus, desertorem
non ferat in suo territorio, immo comprehensum
debet pana, ut alijs sit exemplo, afficiat.

Fundamentum istius separationis, est, di-
ctum Pauli 1. Corin. 7. Quod si infidelis dis-
cedit, discedat. Non enim seruitui subiectus est
frater, vel soror in talibus. Est autem hic non
nulli, nodum quasi in scirpo querunt, urgentes
infidelitatis vocabulum, & clamantes, Paulum
de hereticis differere, tamen manifesta res est,
desertorem sua astorgia, suam infidelitatem &
impialem enormem, satis superq. declarare.
Nam si timeret Deum, non fieret fideifragus.
Ore quidem Christianum mentiri posset, sed fra-

O 2. Eliz in

DE CONIVG.

Eis infidelitatem suam aperiissimè probat, 1. Timoth. 5. dicitur. Si quis suorum, maximi domesticorum, curam non habuerit fidem negavit, & infideli est deterior.

Porro ad hunc neruum separationis, adjiciantur & iste graues rationes:

Quia ipse metus desertor, sua desertione, sedius ac societatem coniugij, qua compleium individualum vita consuetudinem, prater omne factum & equum violat.

Quia suum corpus, cuius ipse non amplius habet potestatem, teste Paulo, 1. Corinth. 7. Coniugi subirahit.

Quia in periculum corporis & animae, contingem coniicit.

Quia desertor ipse, plerumq; alibi non servat castitatem coniugis debitam, sed fit adulter.

Quia omnem consolationem, omnem vietum, coniungi & liberis quoq; non raro astorgos ille sceleratissimus subirahit.

Quia Reipublicæ etiam, ubi habitabat, sua necessaria officia, qua corpore & facultatibus debebat,

DIVORTIIS.

ebat, subirabit, estq; desertor patriæ. Aufau-
gunt enim tales, non resignato iure ciuitatis.

Quia sunt scandalo multis alijs, & suis
liberis, quasi ignominia notam inurunt.

Ergo & innocentis ratio habenda est, ex
insta condolentia, & Magistratus eō seniori
pena in talibus, exempla vindicta diuina stan-
ne debet.

Quando verò causam desertioni, alter
coniugum dedisse perhibetur, vel morositate e-
normi & incurabili, vel insidijs vite, vel dene-
gatione officiorum coniugalium, vel quia suspe-
cta sunt cum alio, quod fidem coniugij violarit,
cause illae diligentis inquisitione cognoscendæ, &
vulnus sunt, verēne sic se habeant, an non?
Dinde an cause sufficienes proferantur, vel
non? Arg, in primis reconciliatio tentanda est,
quoniam gravissima est diuorium. Praterea so-
let Diabolus, Zizania dissensionum inter coniu-
gij disseminare, interdum ex leuisib; causis, po-
tius verò velsi ex sciulla, incendium exusc-
iatur, pluraq; incommoda accedunt.

Discessio porrò necessaria, facta cum con-
sensu conjugis, aliam habet rationem, ut, quan-
do quis

DE CONIVG.

do quis negotiorum suorum causa, peregrinoprof-
fiscitur, ac diutius quam sperarat, abest.

Item, quando iussus à Magistratu, repub-
lica gratia militum abit, aut legatione in re-
motas terras fungitur, etiam si id non satis bona
cum voluntate alterius coniugis fulsum fa-
tum est. Nam patria nostra, corpus & facultates de-
bemus.

Item quando valetudine aduersa coni-
pugnat, seu in captivitatem redactus, emerit.

Si igitur talis habeat animum reverendum,
ac per se non fecerit, quod minus citio reverendum
scribat ac mittat auxilia coniugi, si possit, non
est facienda separatio. Sed monenda est persona
relieta, ut sciat, ad fidem Coniugij pertinere, et
pacienter ferat istam absentiam Coniugis, & ex-
pectet redditum. Ratio est. Nam prater volumen
& fraudem malam Coniugis absens, illa
accidunt, ac sunt veluti morbi, qui non distingui-
lunt Coniugium. Si vero de morte exploratum
fuerit, planares est.

Alia tamen res est, quando quis ab
authoritate sui Magistratus, propria temerite-
te, vitaq; licentia gaudens, currit in milicium
sive catusta, sive iniustas, non coactus extre-
ma me-

DIVORTIIS.

na inopia. Graue igitur est, personam reli-
am, nou modo agestate & fame propemodum
inflictari cum liberis, sed etiam in discrimine
judiciorum versari: differunt enim dona: dum il-
le nebulo libere bellatur, & licenter sese libidi-
nibus polluit, ac si quando reseretur, adserit ni-
bil, nisi corpus mutilatum, non quidem in pralijs
contra hostes, sed in dissensionibus potationum
& ludorum, & perditum fædis libidinum mor-
bis. Contra tales iugur nebulones, Magistratus
debet securam legem ferre, ne eiusmodi deser-
tones ipsis essent impunita. Aliud vero est,
quando persone libera, in milicium bonam &
iustam se conseruent, ut res militares cognoscant,
& viriut aliquid sibi comparent. Aliud, quan-
do Coniuges, qui domi possem honesto labore vi-
tium querere, Coniugem, liberos, domum, vi-
tinos, rempublicam, patriam, deserunt, ad do-
num aliquando reuerentes, ut diximus, non
pecuniam, sed paupertatem, non viriutes sed vi-
tia, non robur corporis, sed morbos reportant.

Desertio coacta. seu que præter voluntati-
um fit, suam quoq; habet rationem, vi sunt exi-
lia, que tempore persecucionis ingrauunt, quando
vel religionis, vel vastationum gratia, homines
non volentes pelluntur suis domibus.

Hiem relegationes, deportationes, & simi-
lia, sine ea accidunt reis, sine innocentibus.

O A

78

DE CONIVG.

In eiusmodi autem casibus, tenetur coniuges sequi exiles, relegatos, deportatos, siquidem suum possibile, Sin minus, decet eos istam dismissionem pacienter ferre, donec vel fieri resumptio, aut coniunctio possit, vel de morte absentis certio constet. Ratio est, quia eiusmodi accidentia, quasi morbi quidam reputantur. Estque Georgia, exilibus & relegatis, officia dilectionis coniugalis subirahere.

Hattenus de principalibus causis diffiniuntur. Quod reliquum est, de vicinis causis, nihil autem prolixè disputare, quia eadem prudenter adhibenda, idem ordo, qui in superioribus, obseruandus est.

Impotens si quis accusetur, an tali morbo ante nuptias laborari, an vero post eas cum accepit, diligenter explorandum venit. Quod si igitur tali morbo prius etiam praditus fuit, neque est spes restitutionis villa, tentata prius curaione, & data spacio legitimo pro indicum arbitrio, ex circumstantijs rerum sumpto, pronunciatur, eam copulationem non fuisse consumatum, sed alteram personam deceptam esse. Ratio est, quia non potest habere potestatem corporis personae impotentis. x. Corinth. 7. & consulendum est conscientia & honestati. Si vero post nuptias & coha-

DIVORTIIS.

cohabitationem maritalem illud damni accessit, non sit separatio, quia morbi non diuellunt coniugia, Sed dilectio coniugalis requirit pacientiam & orationem. De pluribus autem circumstantiis, Iure consuli disputatione.

DESponsa STV. prata.

Quando quis sponsam suam nuptiis celebratis, non inuenit virginem accusationemq; insinuit, difficilis sane, & permolesta est disputatione. Multo enim satus est, maritum hac infelicitate tegere, & animo secum reputare, se quoque in sua vita sepius peccasse, ac Deum sibi istam crucem imponere, ut eis in erga vita sociam exerceat. Deinde si actionem instituat, non potest ea abire sine deformatione vtriusq;, immo etiam omnium propinquorum. Praterea accidunt alia damna & mala, que caneri utilissimae fuerat, quam moueri aut accessi sibi aut aliis.

Si vero actio coram iudicibus competenti bui instituitur, prudenter omnia sunt inuestiganda, an maritus id ante scierit, an post animaduersionem mox abstinuerit, an vero dissimulato isto malo aliquandiu, postea offensus alia re, ex iracundia renularit, an ipse bona vita te-

O 5

finimons-